

Jejudam Ierem moleſtiam inſirmi tua ope tunc non gaverit indigentis.

C A P U T I V.

De ſubjeſto Legum.

Q Uæſt. I. Quinam Legibus humanis ſubjiciuntur?

Reſp. Ex communi ſententia, omnes & ſoli adulti ſubditi. Prob. 1. quoad omnes & ſolos adultos, ſaltem qui non fuerint perpetuo imbeciles. Quia illi omnes & ſoli ſunt capaces cognitionis & directionis humane, & libertatem habent ſaltem habitualem.

2. Quoad ſubditos, quia juriſdictio non poteſt exerceri niſi in ſubditos, & non habet jus præcipiendi niſi ſubditis, cap. 21. de ſent. excomm. cum poteſtas præcipiendi, ſubjectionem in aliis eſſentialiter connotet & inferat.

Hinc 1. Infantes Legibus humanis præceptivis non obligantur, unde ſeculo ſcandalum licet eis dare carnes comedendas de Veneris. Idem multi docent de perpetuo amenibus; quia ſentiant eandem eſtimationem pro illis, & videri ſicut infantes. Sed negat Sanchez, afferens hoc inter illos diſcrimen: quod infantes ea etate ſuapte natura uſus rationis incapaces ſunt, at perpetuo amenes, ubi jam inſantie etatem excedunt, ſuapte natura uſus rationis capaces ſunt, & ex quodam ſolo accidenti occupantur quamvis ob defectum deliberationis a Legibus tranſgreſſione excuſantur perinde ac ignorantia invincibiliter. Porro conſtat non licere eos, ut nec infantes, excitare ad iram, libidinem, blaſphemiam, & alia intrinſecè mala; nam excitans conſerteret cauſa moralis ac principalis horum actuum intrinſecè deſormium, & ex obiecto malorum, atque amenis opera uti velut inſtrumento ad illos.

2. Pueri ſæpe anno ſeptimo completo obligantur præceptis, quorum materia eorum etati congruit, ideoque tenentur ad audientiam Miſſæ, Confeſſionem, abſtinentiam a carnibus &c.

3. Ebrui, & ad breve tempus delirantes, tenentur Legibus. Quia ſunt in ſtatu habituali uſus rationis, licet per accidens pro aliquo tempore impediatur & ſuere aliquando obligati Lege, quæ tempore eandem vim obligandi retinet: unde non licet eis dare carnes comedendas die veſtito, cum hæc ſint illis prohibita.

4. Infideles tenentur omnibus præceptis evangelicis; quia ſubditi ſunt Chriſto homini Deo, qui eſt Rex Regum, dominus dominantium, & omnium omnino hominum. Non tenentur tamen Legibus Eccleſiaſticis, ex c. 8. de divorci. quia nemo eſt ſubditiſſimus niſi per Baptiſmum. Ad utraq; Leges hæretici obligantur; quia ſunt ſubditi Deo & Eccleſiæ, quamvis rebelles.

Q Uæſt. II. An exempti a juriſdictione Legislatoris obligantur illius Legibus ex vi ſilarum, ſi in eis terrorioſi habitent?

Reſp. Neg. Quia exempti non ſunt ſubditi Legislatoris: nam deſunt eſſe ſubditi hoc ipſo quod ab eius juriſdictione exemptantur. At Legislator non poteſt obligare ſuis Legibus niſi ſubditos, cum careat juriſdictione in non ſubditos.

Quare Religioſi exempti non obligantur Legibus

Episcopalis aut Synodalibus, immo nec decretis Synodi Provincialis, ut declaravit Sacra Congregatio, apud Fagnan. in c. Sicut olim 2. niſi in caſibus, in quibus a jure communi. Conc. Trid. & Summi Pontificibus poteſtas in ipſos præſertim Episcopos aut Conc. Provinciali conceſſa eſt. Idque declaravit Gregor. XIII. in ſuis reſponſionibus ad Conc. Rotomæ. in eodem Concilio publicatis, an. 1581. Quia ſcilicet Religioſi illi ſunt exempti a juriſdictione Episcopali. Ex decreto autem Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 12. tenentur fervare cenſuras & interdicia ab Episcopis lata, & ſervare dies ab illis præſcriptos. Immo juxta Vafquez, Sanchez, & alios, tenentur jure naturali, & ex acquirete fervare præcepta Episcoporum ſpectantia ad communera obſervantiam, & totius populi devotionem in iis, quæ ſtant & privilegiis Regularium non adverſantur, ut jejunia, preces ad cauſam publicam: nam licet ſint exempti, ſunt tamen pars illius communitatis, & ejus commoda participant.

Item omnes exempti, ſed præſertim Regulares, qui ex ſuo inſtituto incumbunt in ſalutem proximi, debent Episcopos, ut Principes Eccleſiæ, & Succeſſores Apoſtolorum poſitos a Spiritu Sancto regere Eccleſiam Dei, (Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 4.) ſingulari honore, reverentia, & amore proſequi, & eorum ſtatuta ad rectam adminiſtrationem Sacramentorum Poſitive, & Euchariſtiæ, ad bonum animarum Diocæſis ſpectantia diligenter fervare, & in hoc ceteris exemplo poſcere: nam hæc eſt voluntas Dei, nec alias poſſunt in ſalutem proximi utiliter incumbere. Et ideo hoc magnopere verbo & exemplo commendatur S. Ignatius de Loyola, & S. Francisus Xavierus.

¶ Vide hæc de re lib. 7. cap. 211. de Synod. Diocæſ. S. M. Benedicte XIV. Ibi enim præſertim offenditur, Episcopos ne quidem in Synodis poſſe privilegiis derogare ab Apoſtolicæ Sedis Regularibus conceſſis: poſſe vero plura decernere, tamquam Apoſtolicæ Sedis delegatos, quibus Regulares obligentur. Primo quidem, non licere Regularibus (ſunt verba decreti, editi die 20. Auguſti 1690.) etiam in eorum propriis Eccleſiis, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum publice adorandum exponere, niſi ex publica cauſa, quæ probata ſit ab Ordinario: ex cauſa autem privata poſſe, dummodo Sanctiſſimum Sacramentum eſt tabernaculo non exſtatatur, & ſi velatum ita, ut ipſa Sacra Hoſtia videri non poſſit. Secundo Regulares non ſolum a Superioribus, ſed etiam ab Episcopis puniri poſſe, ſi delinquant contra decretalem Inſ. III. in c. 7. de cuſtod. Eccleſiaſt. & ad multorum obſervationem non poſſe, circa Sacrificium Miſſæ, novas imagines, & reliquias; ut ſi admittant in Miſſa indecentia, & prohibita; ſi novas imagines, & reliquias ab Episcopis non approbatas, exponere contendant &c. Tertio poſſe etiam ſub pena iuſpenſionis a divinis, ipſo facto incurrendæ, Regularibus injungere, ne quæſiam exterum Sacramentum in ſuis Eccleſiis celebrare permittant, ſive prævia Ordinarj licentia. Quarto corrigi, & puniri poſſe delinquentes in iis, quæ reſpiciunt Clauſuras Monialium, etiam ipliſmet Regularibus ſubſtacturum. Quinto, ſi recipiant Confeſſiones, non obſtante ab Episcopis facultate, etiam Monialium, que ipſi ſubditi; ſi prædicent in Eccleſiâ ſuorum Oculi

bus,

num Episcopis contradicente, vel non peita honoriſatione, aut in alienis Eccleſiis ſine ejuſdem Episcopii licentia; ſi renuant accedere ad publicas profeſſiones; ſi Episcopis interdiciam, vel indictos ab eo dies feſtos non fervant, aut ejuſdem cenſuras promulgare recuſent; ſi in aliquo Sacramenti adminiſtratione graviter delinquant; & ſi habitum ſui Ordinis dare præſtant Ierianis collegialiter non viventibus, inſoluto Episcopis, Sætor reſert, quod Sac. Cong. Concilij, approbante Clemente IX. declaravit. Regulares quoſcumque, abſque legitima facultate accedentes ad colloquendum, etiam per quodcumque modicum temporis ſpatium cum Monialibus, aut aliis intra clauſuram degentibus peccare mortaliter, reſque ſub excommunicationis privationis vocis activæ & paſſive, aliſque contra Regulares accedentes ſub licentia ad Monasterium Monialium ſtatuti penæ, poſte ab Ordinario tamquam Sedi Apoſtolicæ Delegato coerceri. Et die 26. Novembris 1627. reſpondit nullam, quantum honeſtam, & rationabilem cauſam, eximere a gravi culpa Regulares accedentes ad Moniales ſine Episcopii licentia. Ac die 22. Maii 1678. iuſdem penæ aſſecti dicit Regulares, qui poſt habitam ad Moniales concionem, de quibuscumque rebus cum illis loquantur, niſi ſpociale, quoad hoc facultatem ab Episcopis antea impetraverint. Vide etiam c. 12. & 43. lib. 8. c. 4. ubi n. 6. aſſerit non adigi ad jejunia indicta ab Episcopis aliove Prætoris, cujus juriſdictioni, & imperio non ſubjacent; tæteri tamen ex conſuetudine vim legis habent, & ſi a communitate ex antiqua conſuetudine huiusmodi jejunia ferventur, & jure nature, ſi non jejunando aliis ſcandalum poſeant.

Q Uæſt. III. An Legislator obligatur Legibus ſuis, vel prædeceſſorum?

Reſp. 1. Legislator non obligatur Legibus Prædeceſſorum ſuorum (\*) vi ipſarum Legum; quia non eſt ſubditiſſimus illorum, parum enim cum illis habet poteſtatem, immo eandem: neque obligatur ſuis legibus, quia non eſt ſibi ſubditiſſimus; nemo enim ſui ipſius ſubditiſſimus & ſuperior eſſe poteſt: Neque imperare ſibi, neque ſe prohibere quæſquam poteſt L. 51. ſi. de recepti. arbit. Legislator autem non poteſt obligare niſi ſubditos. Hinc illud, L. 31. ſi. de legibus. Princeps Legibus ſolutus eſt.

Reſp. 2. Legislator tenetur fervare Leges a ſe vel a prædeceſſoribus ſuis latas, quando materia convenit Principi & ſubditis. Ita S. Thom. 1. 2. q. 66. ad 3. & Theologi communiter. Tenetur autem jure naturali. Quia 1. Lex naturalis præcipit ut Principes communitati cujus caput eſt, ſe conformet in iis, quæ æque ipſi ac aliis conveniunt. Nam hoc ad utilitatem ac convenientiam communitatis gubernationem neceſſarium eſt, & pertinet ad officium Principis, qui ſubditiſſimis ſuis exemplo præſe debet per Legum obſervationem, quam procurare tenetur. Enimvero ex S. Aug. lib. 3. Confeſ. cap. 8. Turpiſſimum eſt ſuo univerſo non congruus: quanto magis caput non congruus: 2. Principes æque, immo magis quam ſubditi, tenentur curare, & proſequi bonum communitatis, & proſequi bonum ſuorum ſervantur. 3. Ex jure tamen Canonico, c. 6. de Conſt. Quod quique juris in alterum ſtatuit, ipſe debet ſervare.

(\*) Vi legum, ſeu jure poſitivo.

... Patere Legem, quam tu ipſe tuſeris. Et c. Tuſum q. diſt. 9. Tum Civili, lib. 4. cod. de Legib. Digna vox eſt maiestate regnantis, Legibus allegatum ſe principem proſerere. Et revera maris imperio eſt ſubjicere Legibus principatum. Adde S. Ambroſ. epiſt. 3. ad Valentin. Quod præſcriptum aliis, præſcriptum tibi: Leges enim Imperator fert, quas primus ipſe quſodavit.

Nota. Legislator jure naturali tenetur Leges ſuas fervare, etiam ſeculo ſcandalum; & quidem tam graviter, quam ſubditi ejus, ut docent Sanchez, & multi Doctores, quos citat. Quia hoc exigit æquitas, officium Principis, bonum commune, & recta ac utilis gubernatio, que poſulat, ut omnia communitatis membra vivant uniformiter in iis quorum materia omnibus æque convenit.

3. Legislator violans Legem ſuam vel prædeceſſoris ſui admittit peccatum ejuſdem ſpeciei ac ſubditi eam violantes, v. g. peccatum intemperantia, ſi non ſervet jejunium a ſe præceptum. Nam Lex naturalis imponit illi eandem obſervationem, quam ille ſubditiſſimis per ſuam Legem. Non tamen incurrit penas Lege humane impoſitas, quia Legibus illis humanis non eſt ſubjectus, ſed ſolum juri naturali, præcipienti actus virtutis Lege præſcriptis, nec illas penas ſtatuenti.

3. Si Legislator habeat juſtam cauſam non ſervandi Legem, ob quam licite diſpenſare poſſet cum ſubdito, tunc non tenetur fervare Legem. Quia tunc ceſſat ratio obligationis; tunc enim officium Principis, & recta gubernatio Legis obſervationem non exigunt, & diſformitas rationabile fundamentum habet. Quare tunc proprie non diſpenſat ſecum, ſed ſolum interpretatur Legem naturalem ipſum non ſervandi Legem ſuam, quando habet cauſam rationabilem, ob quam ipſe ſubditiſſimis merito liberaretur ab ejus obligatione; cum non ſit ipſe deſerens conditionis quam ſubditi. At peccat quies ſine juſta cauſa Legem ſuam non ſervat, quia violat Legem naturalem, cujus obligationem tollere nequit. Hic agit ſolum de Legislatore habente poteſtatem ſervandi Leges abſolutam, & independentem a communitate. Nam dicitur Reipublicam tenentur Legibus, quas cum illis tolerent; & generale Ordinum obligantur Legibus in capitulo generali latis: quia ſubditi ſunt communitati, a qua ſervantur.

Q Uæſt. IV. An Clerici obligentur Legibus civilibus?

Reſpondit Bellarminus, lib. 1. de Cleric. c. 26. Clericos in conſcientia obligati Legibus civilibus, que non repugnant ſacris Canonibus vel officio clericali, qualiſ eſt Lex taxans pretium rerum, vel vetans nocturnam armorum geſtationem, aut alportationem fruſmenti extra Provinciam &c. Probat, quia 1. Clerici ſunt etiam cives, & partes quædam, ſeu membra communitatis politicæ, & commodis ejus fruuntur. Unde æquitas & recta ratio poſulat, ut ſe ceteris omnibus membris conforment in iis, quæ æque illis ac laicis conveniunt. Alioqui magna conſuſio & perturbatio in Republica oriretur, ſi Clerici illas Leges non ſervarent. 2. Nicolaus I. epiſt. 8. dicit Chriſtum diviſiſſe Pontificiam auctoritatem ab Imperiali, ut & Chriſti Magni Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro curſa temporalium ſantummodo ſervant.

ſunt.



*imperialibus Legibus tenentur.* 3. S. Chrystof. in illis Romani. Omnis anima potestibus sublimioribus subdita sit, ait, Christi Legem non tollentibus Leges, & ideo debere etiam Sacerdotes & Monachos esse parere; hancque esse communem sententiam quoad vim directam, vel obligationem in conscientia, de qua agitur, testatur Suarez. **Quest. V. An peregrini teneantur Legibus sui territorii proprii?**

**Nota 1.** Peregrinus, advena, vagus inter se dicitur. Peregrinus dicitur is, qui extra territorium ubi domicilium habet, transit per aliquem locum, vel alicubi moratur cum animo rediendi. Advena, qui extra patriam suam domicilium fixit. Vagus, qui nullibi domicilium fixum habet.

**Nota 2.** Certum est precepta personalia, quae scilicet applicantur immediate personis, non territorium, semper illas obligare ubicunque fuerint: nam illa tempore personis cohaerent. Hinc si Episcopo Sacerdoti (\*) usum sui Ordinis absolute retulerit, is in aliena Diocesi celebrare non possit.

**Nota 3.** Si Lex prohibeat actionem abivis factam quae cedat specialiter in damnum communiatum, ut est venditio armorum vel aliarum rerum hostibus: haec est communi sententia obligat subditum extra territorium versantem, qui puniri potest si illam violat. Quia tunc delictum censetur intra territorium committi; damnum enim est illatum censetur moraliter factum intra illud. Ex Leg. codic. de comero.

**Resp. 1.** Peregrini non tenentur servare Leges sui territorii, quando extra illud versantur, ubi illis non obligat, modo non abint in fraudem (1). Ita communi sententia. Prob. 1. ex c. 2. de censuris. in 6. ubi dicitur, statuto Episcopi, quo sacrosanctae excommunicantur, non ligari extra territorium sui extra diocesim fuerant, non ligari extra territorium sui dicitur non paratur imponi. 2. Quia Leges & consuetudines locales sunt solum pro tali loco seu territorio, etque sunt affixae, & iurisdictioni, ut re-

(\*) Sacerdoti subditio estur.

(1) Hanc resolutionem Auctoris usam utramque partem verities egregie declaravit, & confirmavit a Bened. XIV. (lib. 3. de Syn. cap. 4. u. 9. & 10.) cuius integram textum, utpote proximum, hic referre superfluum.

(2) Sicuti peregrini non tenentur servare leges humanas communes, quoties ad locum aliquem veniunt, ubi eadem leges communes per consuetudinem contrariam sunt abrogatae: quia nempe quantumvis antequam non alligentur certo territorio, sed universum afficiant orbem christianum; utramque e ipsi quod in certo loco sunt abrogatae, consentit inole ejus exempti ab illarum observatione quasi per modum privilegii localis (atque id ipsum multo magis dicendum, ubi idem incole universales leges non servant vi expressi privilegii, iustas ob causas ab Apostolica Sede concessi) ita e converso peregrini tenentur legibus communibus vigentibus in locis ubi versantur: esse in propria Regione communitate leges non solent observari ob contrariam consuetudinem, aut formale privilegium: quia nimirum usus/modi immutabilis a lege universalis habetur quae per consuetudinem, aut privilegia locale a

spicit territorium, intra illud limitatur. Et vero potestas Legislativa agere non potest extra sphaeram auctoritatis suae, quae sphaera non extenditur extra proprium territorium.

Suppono quod tum ipse peregrinus, tum res, circa quam operatur, & eius actio, sint extra territorium. Nam si res circa quam agit, vel eius actio, aut omnis, sit intra territorium, licet etiam persona sit extra; tunc est communi sententia ipse tenetur Legibus territorii, & penis per illas status. Quia tunc delictum merito censetur committi intra territorium non extra. Nam omnis rei precepto, vel commissio rei prohibita, ibi censetur consummari, ubi res precepta vel vitia fieri vel omitti debuerit, & delinquentis censetur ratione delicti ibi esse moraliter praesens, ex l. 2. cod. Quae res exportari &c. Hinc Beneficentiam abiens a territorio, in quo beneficium habet, contrahit censuras in non rediens: latus ab Episcopo beneficium, quia ibi delictum consummatur, ex c. 21. de cleric. non vesd.

**Resp. 2.** Ex communi sententia peregrinus non tenetur servare precepta etiam juris communis, v. g. jejunium vigilia, vel festum S. Thomae, si illa ex privilegio aut consuetudine legitima non serventur in loco ubi bona fide versantur. Quia privilegium locale, vel consuetudo localis spectat omnes qui sunt in loco. Hinc S. Aug. epist. 117. docet in his, quae non sunt contra si mem, & legem divinarum, posse quemque se conformare Ecclesiae particulari, in qua moratur. *Alia vero, inquit, quae per loca terrarum regionisque variantur...* nec distiguntur, ubi est in his melior gratia prudentiae christianae, quam ut modo agatur, quo agere videtur Ecclesiam, ad quam forte devenierit (2).

**Resp. 3.** Qui causa subterfugendi Legem etiam localem, abit in locum, ubi illa non viget, non ideo ab illius obligatione liberatur. Quia 2. ut ait Layman 1. Leges, quae ad subditum utilitatem praesertim spirituales ordinantur, ut sunt Ecclesiasticae

jure communi exorbitant, adeoque ultra terminos loci, ubi ipsa subsistit, extendi non debet: iuxta viciniam juris regulam: quae a jure communi exorbitant, sunt restringenda. Utriusque superioris haec exempla facile erantur ex varitis doctrinis Bened. XIV. qui docet (lib. 11. de Syn. cap. 1. n. 3. & 6.) Mediolanenses, etiam post reformationem illius Ecclesiae a S. Carlo Borromeo perfectam, ubi prius non esse ad inchoandum antepaechale jejunium a feria quarta cinerum, quoniam ex more pervertito non conserverunt jejunare ea feria, ac tribus insequentibus diebus. Item (lib. cit. cap. 5. n. 6.) in Hispaniis regni Castellae, Gallitiae, & Majoricae antiquam vigere consuetudinem in Sabbatis totius anni vesendi interioribus, extremisque animalium partibus, etiam non carnis eorumdem. Hic igitur positus, poterit ex ca. Mediolanensis vicior Castellae deveniens animalium intestina vorare diebus Sabbaticis, quod in Patria sua nequaquam posset. Sed Castellanus Mediolani confitetur nihil nime poterit isdem intestinis vesci iuxta morem patriam. Viceversa dies quarta cinerum, quae Castellano Mediolani commoranti est epularis, Mediolanensis in Hispania agenti estialis est.

lesiaticae, eam conditionem antea habent, quam communis fidelium persuasio & Episcoporum praxis ostendit, ut subdit sine iusta causa earum obligationem subterfugere non liceat; cum id necessarium sit ad bonum regimen, & efficaciam Legum, & ad praechudendum jamjam multis abusibus, praesertim in continibus diversarum diocesium. Immo ipsa Lex divina naturalis generatim praecipiens diligentem observationem Legum & ordinis, id vetat.

**1. Fraus & dolus alicui patrocinari non debet, c. 15. & 16. de rescriptis.** At fraudem committit in Legem, qui solo animo eam subterfugendi absque iusta causa abire e proprio territorio: nam *fraus legi fit, ubi quod fieri voluit, fieri autem non vetuit, (expressio) id fit, l. 30. ff. de Legib.* Neque dici potest quod abeundo utatur jure suo: nemo enim habet jus exeundi e proprio territorio solum ad eludendum illius Leges; sicut nullus habet jus iter instituti vel laborandi, causa subterfugendi Legem jejunii; & qui hoc faceret, censetur in fraudem Leges agere, & secundum communem sententiam, tunc Layman, peccaret contra Legem.

**2. Ex responso Cardinalium ab Urbano VIII. in Brevis ad Archiep. Coloniensem auctoritate Apostolica confirmato, quod declarat de incolis loci, ubi viget Cons. Trid. dicentibus in locum ubi non fuit publicatum, solo animo matrimonium clandestinum contrahendi, sine mutatione domicilii, non est legitimum matrimonium inter se contrahentes cum fraude.** Ergo tales ad hoc tenentur Legem Tridentini, irritante matrimonium clandestinum, si discederent cum fraude. Ergo &c.

Hinc peccat contra Legem, qui alio discedit, praesertim ut carnis vescantur, vel oerberis servilibus vacent, cum haec in sua diocesi vetita sunt.

**Quest. VI. An qui e suo domicilio ubi Lex obligat, abit in locum ubi non obligat, teneatur illam implere, antequam exeat? (1)**

**Resp.** Tenetur, si praevideat illam impleri non posse in alio loco. Est communi sententia. Quia 1. Haec est praxis & persuasio fidelium timoratorum. 2. Lex illa talem obligat, & tempus quo adhuc versatur in suo domicilio, unicum est ei aptum ad illam observandam: quare perinde est ac

si eo solo tempore obligaretur. At quisque tenetur servare praecceptum eo tempore quo obligatur. 3. Ut ait Suarez, praecceptum affirmativum debet impleri, quando potest, & praevideatur postea non implendum. Neque enim requiritur antecessit certum temporis spatium, pro quo possit tempore observatio differri: sed obligat, ut quamprimum potest, impleretur, si postea non possit impleri; atque non esset factus efficax, & sepe elidit postea. Est vero respectu talis, non est aliud tempus ad implendum praecceptum: Ergo tunc tenetur illud implere, alioqui nullo tempore tenetur.

Hinc qui abire dedit ad locum ubi non est festus, tenetur audire Sacrum priusquam exeat, si possit absque gravi incommodo, & nequeat alibi audire: sicut si non exiret, teneatur audire primam Missam, si praevideat postea impeditum iri. Quia praecceptum obligat simpliciter illo die, & non potest impleri nisi audiendo Missam primam; nam hic & nunc & respectu talis hominis, illa est unica, & praesens hora est ultima ipsi apta ad implendum praecceptum. Alioqui omnis merito imputatur ad culpam.

**Nota.** Si in loco domicilii tui sit Lex jejunii, non potes ibi jejunium finire mane, eo quod scias te vespere fore in loco ubi illa non obligat. Quia obligaris jejunio quando exiisti in loco ubi obligat. Nec spes dispensationis, nec dispensatio quae nondum est, nec privilegium loci, in quo non es, obligationem praeccepti, quae hic & nunc ligatis, tollit.

**Quest. VII. An peregrini teneantur Legibus specialibus loci in quo versantur?**

**Nota.** Certum est, 1. eos qui accedunt ad aliquem locum animo ibi perpetuo manendi, teneri tamen Legibus illius loci, cum jam vere sint illius incolae. Nam domicilium hoc ipso acquiritur, quo quis incipit in loco habitare animo ibi perpetuo manendi, ex l. Civis, cod. de incolis. 2. Statim teneri Legibus loci eos, qui in illam veniunt animo ibi manendi per majorem anni partem, ut faciunt scholastici, famuli, operarii &c. Constat ex ista, & communi Doctorum sententia. Nam tales consequuntur ibi domicilium sufficiens, ut statim quis fiat Parochianus idoneus ad ibi Sacramenta omnia praeter

potissimum consulere, & audire Doctores, qui sanioribus morum regulis constantiter inhaerent: quales certe habemus plures florida ista aetate. Negotiorum vero hoc scilicet succedere, si loco fundamente assumatur solida doctrina de impedimentis servandarum Legum, de qua nos in Nota ad q. 6. praecedentis Cap. III. Item, si jungatur iuxta Auctorem (q. 7. 114.) longe vorgeruntur, aliique graviores die integras. 3. Dum per eum locum tantummodo transierit, ipso die, quo appulerunt, recessus sumpta resolutione. 4. Dum in eodem loco nullam dumtaxat hospitarent, & mane insequenti indubitanter. Apud Morales Scriptores, qui passim profert, praesertim apud recentiores Casuistas eadem materia evadit parte legitima minutatim exposita, ac sicut distulsa. Sed cum istorum doctrina, utpote ex Probabilistica scaturigine manantem, sapientibus haud illimes in multis capitibus videantur a iudicio praehabitis in praesenti materia illis

(1) Circa Praevigilatores plurima, & varia moveri possunt dubia moralia, quae sic singillatim indicare, & solvere non vacat. Perspicuitatis causa quadruplici veluti in statu ea considerare licet. 1. Dum in isto diei discedunt a proprio territorio, atque ad alienum subinde migrant. 2. Dum exierint aliquem locum ingressi ibidem morantur per aliquot menses, hebdomadas, dies, aut saltem una die integras. 3. Dum per eum locum tantummodo transierint, ipso die, quo appulerunt, recessus sumpta resolutione. 4. Dum in eodem loco nullam dumtaxat hospitarent, & mane insequenti indubitanter. Apud Morales Scriptores, qui passim profert, praesertim apud recentiores Casuistas eadem materia evadit parte legitima minutatim exposita, ac sicut distulsa. Sed cum istorum doctrina, utpote ex Probabilistica scaturigine manantem, sapientibus haud illimes in multis capitibus videantur a iudicio praehabitis in praesenti materia illis



ter Ordinem recipienda. 3. Peregrinus tenetur servare leges loci per quem transeunt, quod ipso alias esset periculum scandalum, cum hoc veret Lex naturalis: vel quando illa leges vult juris communis: quibus ex consuetudine, vel privilegio non serventur in loco domicilii sui, ut docent communiter Theologi: quia Legislatori juris communis subditi sunt, nec habent causam excusationem, cum consuetudo vel privilegium extra territorium vim non habeat. 4. Peregrinus tenetur servare in contrahibus leges ac consuetudines loci in quo contrahitur: nam quisque sortitur forum in loco contractus, cap. ult. de foro compet.

Resp. Peregrini, & a fortiori Vagi, tenentur servare leges & consuetudines etiam speciales loci, in quo morantur etiam ad breve tempus, & seculo landalo. Ita Covar. Suarez, Lessus, & alii communiter. Prob. 1. Ex S. Aug. lib. 3. Confess. c. 8. lib. 1. Quia contra mores hominum sunt sagitia, promorum diversitate vitanda sunt, ut passim inter se Civitatis aut gentis consuetudine vel lege firmantur, nulla civis aut peregrini libidine violatur. Turpis enim omnis pars est suo universo non convenit. Item ex cap. ult. de Januar. 2. Quia pax ordo, recta gubernatio, bonum commune territorii pulsantur, ut leges locales serventur ab omnibus qui sunt in loco, quamdiu in eo morantur, ac proinde Legislator habet potestatem obligandi etiam peregrinos ad illas leges servandas: nam superior habet omnem potestatem necessariam ad bonum commune, & legem ordinem tuendum in suo territorio. 2. Ergo obligat omnes ibi morantes, etiam peregrinos, qui ratione sunt presentia in illo loco, licet brevis, subjectioni regimini, & jurisdictioni territorii, cum juxta omnes tenentur quibusdam Legibus, v. g. ne quis noctu arma ferat, ne triticum effuset, ne peregrinus ultra triduum commoretur &c. Ergo peregrini tenentur, tunc subjectione, servare leges alieni territorii, sicutque vere subditi Principis illius loci ratione sue presentie in illo, non quidem permanenter & habitu, sed solum transeuntur & actu, quippe ad transeuntem, & brevem subjectionem subditi brevis presentia, sicut ad transeuntem exem-

plionem a jurisdictione, & Legibus sui territorii sufficit brevis absentia. 4. Peregrini, eo ipso, quod exeunt e proprio territorio, solentur Legibus illius. Ergo eo ipso, quod ingrediuntur territorium alienum, subiacent Legibus illius, praesertim cum gaudeant quibus privilegio. Nam qui tenet commodum, & onus sentire debet, ex reg. Jur. 55. in 6.

Obi. Nemo fit alteri subditi, nisi ratione originis, vel domicilii, vel delicti. Resp. dist. Permanenter & habitu, Conc. Transeuntur & actu, Neg. Peregrini autem sunt subditi Principis alicujus loci ratione sue presentie in illo loco, sed transeuntur tantum, non permanentur & habitu.

Nota. Peregrinus tenetur solum his Legibus loci, quarum observatio non requirit tempus longum, aut illud, quo ipse ibi moratur. Nam quoad alias non tenentur esse in loco moraliter, nec ad eas implendas tenentur diutius morari quam flumener; quia non obligatur ad ibi permanendum, sed solum proposita presentia ad implendam Legem, que tunc impleri potest. Hinc tenetur servare omnia praescripta localia negativa, v. g. abstinere ab elu carnium, nam haec non requiritur moram. Sed qui transit per locum ubi ubi dies festus, in alium ubi non esse, non tenetur cessare ad ibi tenendum Sacrum, nec seculo scandalo, illud audire, si ibi moratur solum ad fundendum cibum: quia mora non est proportionata imperfecti praescripti. E contra tenetur audire Sacrum, si sufficienti tempore moratur, vel si festum servetur in loco ubi permoratur, aut in toto illo territorio per quod quoad ad meridiam actus est iter.

CAPUT V.

De Interpretatione, & Epiklia.

Quest. I. Quid sit quatuorplex est interpretatio Legis? (1)

Resp. Interpretatio Legis est explicatio sensus Legis. Triplex est: authentica, usualis, & doctrinalis. Interpretatio authentica seu cum auctoritate prolata est ea que fit per ipsum Legislatorem, vel eius successorum, vel successorem, vel per ministros ab ipso constitutos: habetque vim Legis, cum procedat a supe-

(1) Interpretatio generalis sumpta, uti ex Baldo eam definit Fagnanus (n. 19. in cap. Quoniam, tit. de Consi. lib. 1. Decr.) est sermonum difficultum, vel perplexorum explicatio. Interpretatio quatenus ad Legem refertur, nihil est aliud, quam aperta expositio alicujus vocis, sive sententiae in lege occurrentis. Haec proxime dividitur in eam, que simplex dicitur, per quam clara explicitatione amoveatur obscuritas, que inest verbis legis: atque in aliam, qua per equitatem vocatur, qua declaratur legem, quatenus secundum verba facti periculum non esse in aliquo particulari casu servandam spectata mente Legislatoris. Sic ex. ca. dum Ecclesiasticum Synodalem legem jubentem, ut Sacramentorum minister velit facere, quod facit Ecclesia, expone de intentione terminata ad ritum externum quo sacramentum saltem implicite, interpretatio simplex est. Dum vero Civilem legem statuunt, deposita domitis suis reddenda, sic accipio, ut contendam, gladium non esse tutissimum restituendum, in-

terpretatio est per equitatem. Dein interpretatio simplex subdividitur in Authenticam, Usualem, & Doctrinalem, de quibus Auctor. Quod spectat ad auctorem harum singularum interpretationum, nullum dubium, quin Authentica a subditi sit insuar legis habenda, cum eadem, quo ipsam legem, nitarur potestate jurisdictionis, sive ordinaria, sive delegata. Sic ex. Declaratio, Apostolicae numeris partes, quam Bened. XIV. edidit (die 8. Febr. an. 1745.) ad dilucidandam praeviam suam Constitutionem, Sacramentum Penitentiae (die 1. Jun. ann. 1743.) circa Confessorios absolventes personam complicitem in peccato turpi contra sextum praescriptum. Sic etiam Declaratio, Inter alia, qua Innoc. III. (L. 5. Decr. tit. 35. de sent. exc. c. 31.) Doctoribus Bononiensibus sensum aperit Decreti Greg. VII. Quoniam multos (3. part. Decr. caus. 13. q. 3. c. 123.) circa communicantes cum excommunicatis. Sic pariter Decreta S. Congregationis Conc. quibus declaravit teste Fagnano (loc. cit. n. 25.) validum esse

superiore habente potestatem Legem condendi, & applicandi in sentiu, in quo vult illam ferrari. Usualis est, que petitur ex communi usu: nam consuetudo est optima Legum interpres, c. 8. de consuetud. Doctrinalis est ea, que fit per homines doctos ac peritos. Quamvis haec non habeat vim Legis, cum non procedat a potestate jurisdictionis, sed a iudicio peritorum: tamen imprudenter & contra rectam rationem rejiceretur, si in eam Doctores omnes consentiant. Si vero Doctores inter se dissentiant de sensu, & obligatione Legis, tunc tenetur sequi opinionem tutiorem & probabiliorem: licet tamen sequi minus tutam, si fit curio & notabiliter probabilior tutiore, juxta dicta de opinione probabiliori interpretatio iterum duplex est; una simplex, qua explicatur ambiguitas verborum Legis, & altera per equitatem, qua interpretatur, casum aliquem particulari non comprehendi in Legge, quatenus verba Legis clara sint & generalia. Haec dicitur Epiklia.

Quest. II. Quomodo sunt regule apte ad recte faciendam interpretationem doctrinalem.

Resp. Haec Doctores traduntur, 4. Accipienda sunt verba Legis secundum eorum proprietatem, & usitatum acceptationem, nisi facta accepta iustitiam, vel absurditatem continerent, aut Legem inutilem redderent. Quia Legislator debet Legem clare, libereque verbis secundum eorum proprietatem & communem significationem intellexit exprimere: Alio-

quin nihil firmum stabiliat, & errandi occasione daret. In dubio autem, ubi & acceptio communis verborum praesertim debet eorum proprietati.

2. Correctio Legum vitanda quoad sibi potest, ex c. 19. de elect. in 6. Nam ordinario Legum mutatio noxia aut incommoda est communiter.

3. Si Legis verba sint aequiva vel ambigua, eorum significatio spectanda est ex antecedentibus & consequentibus, & materia & circumstantiis Legis, atque etiam ex alia Legibus, in quibus eadem verba vel similia in tali & tali sensu accipiuntur, sed praesertim ex fine Legis, ex c. 6. de verb. signif. ait: Intelligentia dictorum ex causis est assensum dicens: quia non sermone rei, sed rei est sermo subiectus. Et ex S. Th. in 3. dist. 37. art. 3. Sicut Lex lata est mensura subditorum in suis actibus, ita hoc est quod respiciat Legislator, quod est Legis intentio & finis, est mensura Legis positae.

4. Lex particularis, & omnia alia onerosa, stricte interpretanda est, ex reg. Jur. 48. in 6. In poena benignior est interpretatio facienda. In favorabilis vero late est facienda, ex reg. 15. Jur. in 6. O-

uia restringi, & favoris convenit ampliari. Hinc poena non extenditur ad casum in lege non expressum. Nec in Legibus penalibus velo argumentum a pari; immo nec a minori ad maius: nam Legislator potest velle punire minus crimen non majus, eo quod illud saepius patretur, vel fit periculosius bono communi.

5. Lex

esse matrimonium contrarium coram Parocho, etiam licito, & per vim adhibito, & ex alia causa vocato, & in aliena Parochia, & etiam Episcopi illi matrimonium interdixerit; haec, inquam, & consimiles aliae declarationes seu interpretationes habent vim legis unumquemque obligantis. 2. Usualis potest esse duplicis generis. Nam quandoque nititur manifeste, & universali praxi omnium Ecclesiarum, uti est illa de exprimendis singulis tribus personis SS. Trinitatis in forma Baptismi, de habitu, & insistentibus &c. interdum vero solum praesertim praxi privatorum Fidei, vel simularum, vel sapientum, & qualis est illa de Missa die festo audiente, aut quem pergitur ad locum, ubi festus dies non est, de non inveniendis quibusdam contractibus inquam scriptis de habere presentia &c. Porro in priore casu authentica profus aequivale, cum ipsa funder sit vere consuetudinaria, adeoque per sese obligare possit etiam nulla scripta lege praesistente: in posteriori generis autem max. explicandam reducit. 3. Doctrinalis, quoadquidem ab hominibus prodi non ordinari, sunt delegata potestate legislativa de fidei, parenti necessitatem absolute nunquam imponi: nec authentica aequivale potest: quippe ex Julio Jurisconsulto (tracl. de Fide Instrum.) authenticae est fidem facit in iudicio, & loquere est auctoritas, ita ut a nullo rejici, vel in questione vocari queat. Solum ego verisimilitudinem parit circa sensum latentem ambiguae legis, eamque minorem aut majorem juxta variam quantitatem, & qualitatem Doctorum, a quibus traditur. Quod si universaliter unaniter consensus Doctorum, tunc tantum ponderis evadit, ut respici-

queat circa intellexibili temeritatis notam, modo doctores sint tales, quales (N. 50. de scripturis). Nam ut egregie animadvertit verba sum. Bened. XIV. lib. 2. de Beate. Serv. Dei cap. 1. n. 7. Auctor lib. 2. de Vocat. Gen. cap. 2. inter opera S. Prosperi, magna fortitudo est consensus, cui ad sequendam veritatem auctoritas sufficit etiam latente ratione. Unde haud mirum, si D. Bonaventura, & Richardus de Mediae. (Nota ult. ad Tracl. de Conscient.) semper maxime fecerint communes opiniones. Quando vero Doctores singuli, aut alii quicumque morales Discipuli studiosi doctrinalem legum interpretationem producere debent, non temere, neque ex proprio arbitrio aut sumptis opinionibus, sed arte & prudentia; eam ad rem valde inferentem praesertim regule ab Auctore scriptae in seq. qu. 2. de quibus P. Anacletus (Jur. Canon. tom. 1. in lib. 1. Decr. tit. 2. §. 16. ar. 1.) longe sensus differit. Eundem ipsam in suam alia notissimam legendam auctori Traclatum de universis regulis juris edidit (tom. 6. Jur. Canon.) a praesertim insigni Canonista. Jam ex his omnibus prudenter quilibet intelligit penitentiam, quanto iure nos (Notia ult. ad Tracl. de Conscient.) succurrerimus illorum Theologorum methodum, qui satis munere suo, ultra quam credi possit gravissimo, se persongi excipiant, praedicantque, si opinionis tenentur, qua ex una parte solida aliqua fundamentum inveniunt, in se praesertim spectata, & ex alia nihil compellitur contrarium manifestis Sac. Scripturarum doctrinis, atque expressis Eccl. definitionibus. Si enim verbi nominis Theologus alio praesertim respiciere non debet, eorum, amabo, tot tantaque regule communi Sapientum iudicio praesertimur ei observandae in doctrinalibus legum interpretationibus perscrutandae?



Lex generaliter vel indefinite loquens omnia (\*) significata propria comprehendit. Nam verba generalia generaliter accipienda sunt; & ubi jus non distinguitur, nec non distinguere debemus. Argum. l. 8. §. de Publician.

6. Lex intelligenda est, & servanda secundum receptam consuetudinem: Optima enim est Legum interpretatio consuetudo l. 37. §. de Legibus, & c. 8. de Consecr.

7. Aliquando Legislator loquitur de singulari casu vel persona, non quod velit Legem ad hunc casum vel personam restringere, sed his utitur exempli gratia: nam exemplum non limitat dispositionem, sed declarat. Quare valet hec regula: Cum Lex frequentius usus causa aliquid decernit, casum minus frequentius non excludit, sed comprehendit.

8. Lex positiva non semper ob paritatem rationis extendi debet ad casus sub lra verborum forma non comprehensos. Quia non ratio Legis, sed voluntas Legislatoris significata subditis, est Lex, & obligat. Hic autem potuit velle ad unum obligare, & non ad alium, unum crimen punire, non aliud, quamvis esset eadem ratio pro utroque. Legis enim positiva dispositio omnino pendet a libera voluntate Legislatoris, qui non obligat, nisi ad id, ad quod sufficienter declarat se velle obligare.

Dixi, non semper. Nam Lex extenditur ob identitatem rationis in his casibus. 1. Si aliqua iniquitas vel absurditas sequeretur ex eo quod Lex non extendatur ad alios casus non expressos. 2. In correlativis, nam dispositum in uno correlativo, censetur esse dispositum in alio, ex l. ult. Cod. de indistincta vidui. Sic Lex statuens de uxore censetur idem statuere de marito; quando est par ratio pro utroque, ut cum agitur de debito conjugalis. 3. In equiparatis & connexis. 4. Cum Lex exprimit rationem, ob quam fertur, secundum multos, extenditur ad casus, in quibus clare occurrit eadem ratio Legis; quia ubi ratio exprimitur, censetur eadem esse dispositio pro casibus, ubi clare reperitur; neque tunc est interpretatio extensiva, sed declaratio comprehensiva. 5. In iudiciis, ex l. 12. §. de Legib. Nam prudentia & recta ratio dicitur, ut cum pro aliquo casu decidendo non est certa Lex, desino illius petatur a simili casu decisione.

Nota. Particulae, aut, vel, aliquando accipiuntur

(\*) Species scilicet omnes casuum possibilium.

(1) Epiklia, quam in superiori Nota interpretationem per equitatem vocavimus, quoties velle fit, non sine aliqua virtute fit. Angelicus namque ex Aristotele (lib. 5. Ethic. c. 10.) ipsam probat esse speciem virtutem iustitiae subiectam, per quam homo supplet ex recta ratione, quod verbis scripturarum legum deest, que non possunt comprehendere omnes singulares, & contingentes casus, utpote quasi infinitos, & infinitis modis variabiles. Hinc nullum dubium, quin ea licita sit, immo sapienter esse necessaria, spectata mente ipsorum Legislatorum, que veluti anima seu forma essentialis legum est. Unde quisquis pretextu servanda legis nollet certis in casibus Epiklia uti, si iuxta axioma Jurisperitorum in culpa foret violata legis, in legem peccat, qui verba legis amplectitur, contra legis spiritum voluntatem; quia nimirum scire leges non est verba earum tenere, sed vim &

tur copulative, ex l. Sepe, cap. de verbos. signif. ut cum inter illas ponuntur ea, que non separantur. Particulae seu, five, plerumque sumuntur copulative, aliquando tamen disjunctive.

Quest. III. Quandoam licet uti Epiklia? (1)

Nota. Epiklia est benigna & rationabilis interpretatio, casum aliquem particularem ob suas circumstantias non comprehendit Legem, quamvis per verba generalia lata; ideoque Legem non obligat in tali casu. Hinc sola Lex positiva admittit Epikliam, non naturalis; quia sola Lex positiva statuit per verba generalia, que restringenda sunt ex equitate in certis casibus. At Lex naturalis excipit omnes casus excipiendos; est enim ordinatio divina per didamen rationis intimata de omnibus & singulis, que ex natura rei agenda vel omittenda sunt ad honeste ac recte vivendum.

Resp. 1. Aliquando necesse est uti Epiklia, quoties nempe secundum verba generalia Legis agenda, fieret aliquid contra ream rationem vel bonum commune. Nam Lex nunquam obligat ad aliquid irrationabile, noxium bono communi, ut si v.g. Lex generatim ferretur, ne aperiretur noctu Porta civitatis, esset contra ream rationem & intentionem Legislatoris ea non aperire in evenitu, quo copie auxiliares admittende essent in urbem, alioqui interficienda ab hostibus illam obidentibus.

Resp. 2. Uti licet Epiklia quando evidens est non posse servari legem sine gravi damno, cum quo confert Legem non obligare, saltem si adiri nequit superior. Nam tunc certo & prudenter iudicamus Legem non obligare in tali casu.

Resp. 3. In dubio nunquam casus comprehendatur in Legge debet consilii superioris, ex c. 21. de sensu excomm. & l. 1. §. ult. de Legibus. Si non possit consilii, non licet uti Epiklia, sed servanda est Lex. Azor, & alii, post S. Thom. 2. 2. q. 120. art. 1. ad 3. ubi ait: Interpretatio locum habet in dubiis, in quibus non licet, absque determinatione Principis, a verbis Legis recedere. Sed in manifestis non est opus interpretatione sed executione. Ratio est, quia in dubiis tunc pars semper eligit debet. Nec tunc videtur determinatio superioris formari potest iudicium prudens & moraliter certum, Legem non obligare.

CA.

mentem. Haud raro tamen, necesse est labi contingit in moderandis secundum equitatem communibus legibus: queque a iustis interdum solentur; eadem non nisi perperam cohereri solent Epiklia titulo. Numquid enim ex. cap. Epiklia ii Clerici, aut Monachi non abstantur, qui ratione (ut amanti dicere) sollempnitatis, societatis, urbanitatis etc. Ecclesiasticas Leges de vitandis luti, choreis, theatris, larvis, de servandis iuribus, de tuenda Monastica claustrata, pakem injungunt, & Theologie Sacre doctrinas pro suo genio plurimum erit genuinam efformare ideam Epikliae, ac iuxta eandem prudenter enodare particularia dubia frequentier incidentia. Ad hoc vero factum preterent cum D. T. b. (1. 2. q. 96. ar. 5. & 22. q. 120. ar. 1. & 2.) tum D. Antonius (2. pari. Sum. rit. 3. c. 20. §. 10. reg. 7.) prater alios multos Doctores.

CAPUT VI.

De Dispensatione.

Nota. Dispensatio est relaxatio Legis ad tempus, seu exemptio a Legis obligatione in aliquo casu particulari ubi Lex ceteroquin obligaret. Hinc differt 1. Ab interpretatione, qua non relaxatur obligatio, sed solum declaratur Leges non obligare in certis casibus. 2. A privilegio, quod est

(1) Dispensatio legis fit, quando manente legis obligatione quoad totam communiam, aliqua persona particularis, in aliquo casu particulari, a legis vinculo subducitur per legitimum potestatem. Dicitur 1. manente legis obligatione quoad totam communiam, ut hinc distinguitur dispensatio ab irratione, abrogatione, derogatione, cessatio legis per has enim lex, five ante, five postquam vim obligandi obtinuit, tollitur, vel totaliter vel partialiter, ita quidem ut nullus subditorum teneatur illam observare. 2. aliquam persona particularis, quibus vocibus designantur non solum persona individua, sed etiam Conventus, Religiones, Ordines, Collegia, que in iure consensu persone snt. 3. in aliquo casu particulari. Dispensatio enim, cum non sit facultas contraria ac permanens, non eximit personam ab observanda legis pro alio tempore, ut dum dispensatur cum uno, ut caribus vesicator occurrente aliquo die jejuniis, si obligatus manet ad abstinendum a carnibus, succedentibus aliis jejuniis diebus. Sicut dispensatio discreta a privilegio, quod ceteroquin hoc habet peculiarare, ut sepe non fit contra jus commune, sed solum prater, ut cum Princeps datur alicui facultatem legitimandi, quam ipse habet. 4. a legis vinculo subducitur, ita scilicet ut obligationem non habeat servandi legem, quamvis legis ratio & materia maneat intacta. Inde apud dispensatio dicitur a DD. vulnus legis, iuxta sententiam S. Augustini, qui apud Gratianum (part. 2. Decr. can. 23. cap. 24. ipsa pietas) ait, fieri contra integritatem severitatis, seu discipline Ecclesiasticę, ubi hereticis correctis, & ad Ecclesie suam redemptibus conceditur pristinum honor Clericatus, aut Episcopatus; quia nimirum ubi graves interveniunt cause, detrahendum est aliquid severitati, ut majoribus malis sanandis caritas sincera subveniat. Porro sub hoc respectu dispensatio fecerunt a nuda permissione, simplicis licentia, epicheja, & interpretatione: quamquam & haec solent interdum designari dispensationis nomine late sumpto. Nam permissio, seu tolerantia nuda Superioris non eximit a culpa subdium agentem contra jus; unde Innoc. III. (lib. 3. Decr. tit. 1. de Prebend. c. 13. Cum iam dudum) monet: multa per patientiam tolerantur, que si deducta fuerint in iudicium, exigente iustitia non debeant tolerari. Pariter licentia simplex non auferit obligationem legis, sed apponit conditionem necessariam, quam lex ipsa postulat: ut dum Monachus de licentia Pralati res aliquas largitur suis consanguineis. Epicheja vero eximit quidem a lege servanda, sed in iis circumstantiis, in quibus prudens iudicio creditur legem Antoine T. Desl. Moral. T. 1. P. II.

facultas permanens concessa in perpetuum, & per modum Legis, & sepe non est contra, sed prater legem. 3. A licentia seu permissione, qua non relaxatur obligatio Legis, sed solum apponitur conditio, sub qua Lex non obligat. (2)

Quest. I. Quinam habent potestatem dispensandi?

Nota. Potestas dispensandi est potestas iurisdictionis, & duplex est, nempe ordinaria, & delegata. Ordinaria est ea, que alicui comperit ratione officii, seu ex vi sui muneris. Delegata est ea, que habet ex concessione illius, qui habet ordinariam.

Interpretatio denique, evolvens ambiguum legis sensum declarat tantummodo, utrum lex obliget, vel non obliget, aut quomodo obliget. 5. Per legitimum potestatem: quod quidem certum est, ad proprie dictam dispensationem necessariam esse eandem ipsam potestatem iurisdictionis, qua prius leges fuerunt condite, aut saltem in forma specifica, ut aiunt Jurisperiti, confirmate, iuxta cap. 1. de reg. ur. omnia res per quascumque causas nascitur, per eadem dissolvuntur; que quidem potestas (ut Auditor ostendit in prelo. qu.) bifariam spectari potest, vel ut ordinaria est, vel ut delegata: Hinc Strappicus (in 4. sent. dist. 10. dub. 6.) Dispensatio ita consuevit definiri: est iuris relaxatio, facta cum causę cognitione ab eo, qui habet jus dispensandi. Audiat etiam Angelicus (1. 2. q. 97. art. 4.) cuius preclara doctrina, nedum confirmanda ejusdem preclusis necessitatibus, sed etiam concipiende inadeguata perfectę rationi ipsius dispensationis maxime inservit. Continet quodcumque, quod aliquid preceptum, quod est ad commodum multitudinis ut in pluribus, non est convenientis huic periculo, vel in hoc casu quia vel per hoc impeditur aliquid melius, vel etiam induceret aliquod malum. Periculosum autem esset, ut hoc iudicio cuiuslibet committeretur, nisi foret propter evileus, & subitum periculum. Et ideo ille, qui habet regere multitudinem, que habet potestatem dispensandi in lege humana, que fuit auctoritate imposita, ut scilicet in personis vel in casibus, in quibus lex deficit, licentiam tribuat, ut preceptum legis non servetur. Sicut S. Doctor eadem reliquit, quod ubi in quacumque multitudine dicitur aliquis dispensare, respiciat nisi aliud facit, quam ordinare, qualiter aliquid commune preceptum sit singulari adimplendum. Unde duo hoc potest inferri: 1. Quando cum aliquo dispensatur, ut legem communem non servet, non debet fieri in prejudicium boni communis; sed ea intentione, ut ad bonum commune promoveatur. 2. Quando conditio alicujus persone requirit rationabiliter, ut in ea aliquid specialiter observetur, hoc cum ea dispensetur, non est perfonarum acceptio, licet ubi aliqua specialis gratia fiat. Jam vero, quod attinet ad interpretationem Dispensationum, de qua Auditor nisi spectatim tradit, universales DD. sensus est, eam prout interpretandam, cum sit odiosa, quia ut balthuz ostendit, juris communis relaxatio, & vulnus est. Hinc, ut exemplum addamus, Bonif. VIII. (in 6. Decr. lib. 1. tit. 11. de Filiis presbyter. cap. 1. Is, qui) decernit; ille, cum quo per Sedem dispensatur Apolloniam, ut premissis, non obstante defectu, nempe natalium illegitimo.

K



tiam. Hæc conceditur vel ab homine, vel a jure. Si a jure datur, transit in ordinariam, vel ei equiparatur. Si datur ab homine per privilegium, non expirat morte concedentis. Si vero datur per simplicem commissiõnem, cessat mortuo vel amoto delegante, si res est integra.

